ISIDORUS HISPALENSIS
12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aradius solis obstitimus. proinde illi lumen auferimus sicut et ingredi nobiscum
umbra. et gestus nostros uidetur imitari. Lux est ipsa substantia.
lumen quod a luce manat. i. candor lucis sed hoc confundunt auc
tores. De uentis.

Ventus est aer commotus et agitatus pro diuersis partibus celi
nomina diuersa sortitur. Dictus autem uentus quod sit uehemens
et uiolentus. Vis enim eius tanta est. ut non solum saxa et arbores
euellat. sed etiam celum terramque conturbet. maria commoueat.
Ventorum quatuor principales sunt spc s. quorum primus ab oriente.
sub solanus. a meridie auster. ab occidente fauonius a sep
tentrione eiusdem nominis uentus aspirat. habentes est. gemi
nos hinc inde uentorum spc. Sub solanus a latere an dextro
uulturnum habet a leuo eurum. Auster a dextris euroaustrum.
a sinistris affricum. fauonius a parte dextra affricum. ale
ua chorum. porro septentrio a dextris circium. a sinistris
aquilonem. Hi duodecim uenti mundi globum flatibus cir
cumagunt. quorum nomina propriis ex causis signata sunt.
nam sub solanus uocatus. eo quod sub ortu solis nascatur.
Eurus eo quod ab eoo fluat. i. ab oriente. est enim coniunctus
sub solano. Vulturnus quod alte tonat. co de quo
lucretius altitonans uulturnus et auster ful
mine pollens. Auster ab hauriendo aquas uocatus.
unde crassum aerem facit et nubila nutrit hic grece
nothus appellatur propter quod interdum corrumpat aerem.
nam pestilentia que ex corrupto aere nascitur m
auster flans in reliquas regiones transmit bres
tit. sed sicut auster pestilentiam gignit. sic aliquo autem
repellit. Euroauster dictus quod ex una parte . ex his
c habeat eurum ex altera austrum. Austro q. ani